

Ex hac coincidentia ipsam reliquarum partium coincidentiam ac proinde & perfectam duarum figurarum æqualitatem & similitudinem. Itaque *superpositionis* principio intelligenda non est duntaxat mutua figurarum applicatio, sed partis unius alteri parti impositio, ut deinde figuras illas inter se comparemus. Unde evidens est idem valere principium ad demonstrandam figuram inæqualitatem. Cæterum hoc unico principio cum angulorum mensura per arcus circulares conjuncto, demonstrari possunt propositiones omnes quæ ad elementarem geometriam pertinent.

S E C T I O I

De Geometria linearum.

C A P U T I.

De lineis rectis, quoad mutuam positivam consideratis, nullo tamen spatio seu nulla figura terminatis.

PROP. I. Recta quelibet in Reclam cädens vel duos angulos efficit rectos, vel duobus rectis æquales. Etenim recta insit perpendiculariter ut GE, vel oblique ut RE. (Fig. 1.) In i casu patet (ex def.) angulos GEF, GEG esse rectos. In casu altero, anguli duo CER, REF, simul sumpti, æquales sunt duobus angulis CEG, GEF, hoc est, duobus rectis.

COR. I. Producta linea RE in O, simi-
Jacq. Geom. E li